


colorchecker CLASSIC




xrite

mm



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to fading and the texture of the paper.

243



Inc 243

- p. 1 INNOCENTIUS III. - De Miseria humanae conditionis. - Paris [Pasquier Bonhomme], 1480. 4° .
Pell 6300
- p. 2 Stella clericorum [Paris, G. Mittelhus, s.d.).
- 4°. échangée avec la Bibl. nat. en 1895.
Pell 10770
- p. 3 ANTONIUS de RAYMONDIA. - Libellus contra beneficiorum reservationes. - Paris, G. Marchant, c. 1498. 4°.
Pell 9778 = 9779
- p. 4 Laus caritatis. - [Paris, A. Caillaut, c. 1485-90]. - 4°.
Pell 7014
- p. 5 MAGISTRI (Martinus). - Expositio super Salve Regina. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1483]. - 4°.
Pell 7328
- p. 6 GUILLELMUS de GOUDA. - Expositio mysteriore missae. - [Antwerpen, Govaert Bac, post 1500]. - 4° .
Pell 5577
- p. 7 AEGIDIUS DELPHUS. - [Epistola divi Pauli ad Romanos... decantata]. - Paris, J. Bade, 1507. 4°.
- p. 8 ALLIACO (Petrus de). - Meditationes circa psalmos poenitentiales. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1485-90 ?]. - 4°.
Pell 524

- p. 9 [Canones apostolorum] Canon apostolicus qui qua-
gesimus. - Paris : A. Wechel, 1556. - 4°
- p. 10 MAYEUC (Yves. - Questio perpulchra ... - Paris,
Jean Petit, c. 1515. - 4° .
- p. 11 Passio secundum legem debet mori. - S. l. n. d.
Cop. 4622
- p. 12 BONAVENTURA, S. - Soliloquium - Paris, G. Marchant,
[1483]. - 4° .
Pell. 2673
- p. 13 Cordiale quattuor novissimorum. - Genève,
[Jean Croquet, c. 1481]. - 4°
Pell. 5072
- p. 14 NICODEMUS. - Evangelium. - [Köln, Cornelius de
Zyrickzee c. 1499-1500]. - 4°.
Goff N-47
- p. 15 MARCELLUS. - Passio Petri et Pauli apostolorum. -
[Köln, Cornelius de Zyricksee, c. 1499]. - 4°.
Pell. 7527
- p. 16 RICHARD (Pierre). - Contra non recte de ejusdem
beati Petri martyrio sentientes libellus. -
Paris, Josse Bade, 1518. - 4°.
- p. 17 [Recueil de poèmes latins]. 8 ff. mss. 16e s.

XV^e s. n^o ~~243~~
243

243 2^e piece

Stella clivorum.

cliv. iii 4.

Double du 318. 2^e piece

Echange fait en 1895
avec la Bibliothèque Nationale.



100

100

piece 2. mg de 15 f. blanc.

100

100

100

100

100

100


100

100

Petri Richardi Doctoris

Theologi Parisiensis Divi Petri Trecentis Canonici contra
non recte de eiusdē beati Petri Apostoli martyrio sentientes
Libellus Apologeticus.

Handwritten signature and scribbles



Venduntur in officina impressoria Iodoci Badii
Ascensii cuius est hoc Distichon.

Hæc est vera Petri pendentis imago: volebas
Qua te Christe sequi: rursumq̄ i eo crucifigi.

Nicolai Mallarij Rhothomagei, sup Beati Petri Apostoli martyrio Petri Richardū his verbis compellantis Epigrāma.
Sic mea iam dīro crudescēt vulnera ferro?
Sic fodies nostras doctē Richarde manus?
Num tibi sat fuerat tortis dependere vincis,
Ni madefacta pio membra cruore forent?
Haecenus expassis manibus pedibusq; ligati,
Fugimus infandae verbera saeva necis.
At tu dum fugio, sequeris, nunc obuius altas,
Sic iterum Romam morte patente feror.
Saucior ecce tribus verso iam corpore clavis,
Purpureus misero sanguis ab ore fluit.
Ne mihi sint vana pictores arte molesti,
Stigmata nam fixo corpore vera gero.

τέλος.

Eiusdem in Pictorem Distichon.
Falleris o Pictor, tu umbra delusus inani,
Solue catenati vincula, pictus erit.

Eiusdem Nicolai Mallarij Rhothomagei de Beati Petri martyrio graphice picto, eiusq; stigmatum, sculptura, Ad Ioannē Bibauciū nostrae aetatis literarum decus. Epigramma.

Q̄ bene Phidiaca calatum est Pallade marmor,
Q̄ bene Apellæa pictus et arte cephas?
Nonne insculpta vides vario tormenta dolore?
Nonne suus tingit vulnera quæq; color?
Figitur ecce pia confossus in arbore Petrus,
Rubraq; defluxo signa cruore gerit.
Stupea soluuntur mentito vincula nexu,
Vix retinet pendens clavis acutus onus.
Nam modo docta polit vigilantis dextra Richardi,
Stigmata Peniculo sanguinolenta breui.
Pyrgoteles solus ceu Magnum scalpere dignus
Sic Petrus iste tuam pingere Petre crucem.
Phama licet nostris pictoribus incluta detur,
Fallitur assensu vulgus inane leui.
Ipse tuo Petrus spoliatus honore fuisse,
Nisi sua martyrio reddita imago foret.

τέλος.

Petri Richardi Doctoris Theologi Parisienſis, necnon Diui
Petri in eccleſia Trecentiſi Canonici: de Beati Petri apoſtolo
rum principis crucifixione contra male de ea ſentientes li
bellus apologeticus ad Canonicos Lexouienſi. Cuius hoc eſt.

ARGVMENTVM.

Beatiffimus Petrus apoſtolorum princeps, Romanorum
Pontificum & Chriſti vicariorum primus: & ob id totius
terrarū orbis monarcha: more maiorū virgīſ caeſus: & cruci
clauis ferreis affixus, non ligatus tm̄ vinculis: vt quidā mi
nus recte ſentientes aſſerunt: & pictores rerum improden
tes depingunt, eodem quo Paulus die glorioſi martyrii cor
ronam ſub Nerone Tyranno a domino ſuſcepit.

FINIS ARGVMENTI. Sequitur Apologia.

AMETSI Patres Canonicūq;
in Chriſto venerandi: a quietiore
animo toleranda, prudenter ſuſti
nenda, ſapienterq; pferenda eſt,
omnis q̄ nobis dūtaxat inferitur
iniuria ac moleſtia: nunq̄ tamē
facili animo nec cōniueti oculo
ſuſtinēda eſt calūnia quae vel in
diuinā maiestatis vel in ſancto
rum eius vergit contumeliam.

Eiuſmodi autem mihi quidem
videtur quae de beatiffimi Petri totius quidem orbis huius
patroni: ſed peculiaris eccleſiarū noſtrarum quaſi tutelariſ
numiniſ martyrio circūfertur & vulgo recipitur aſſertio.
Orti ſunt enim haud ita pridem aſſeuerare nō verentes glo
riofiffimum eccleſiae catholicae monarcham Petrum cruci
non clauis affixum, ſed vinculis duntaxat alligatum: quorū
aſſertionem, vt contendo demonſtrare, erroneam tota picto
rum noſtrorū inſecuta eſt manus, vſque adeo vt ne Romae
quidē aliter depictum qui illic fuerunt aſſerant: tanta rerū
maximarū aut obliuio aut incuria irretiuit acerrimos olim



animos vt ne principis quidem sui pro Christo agonem cognoscant: aut si cognoscunt dissimulent. Qui quidem error vt probabili assequor coniectura, ex eodem fonte ex quo pñciosissimus quisq; ortū habuisse videtur: ex falsa videlicet scripturā sancte, & ob id verissimā, intellectione. Nam illud domini ad Petrum Ioan. xxi. Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas quo volebas: cū autem senueris extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nō vis. Exponit

Glos. ord.

sic Glossa ordinaria: Extendes man⁹ tuas: hoc est crucifigeris: & quomodo hoc fiet, subdit. Et alius te cinget & ducet quo tu non vis, q̄a ad illam molestiam nolens est ductus, nolens ad eam venit: sed volens eam vicit & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, qui adeo naturalis est, vt eum nec senectus abstulerit Petro, vnde & dñs: Transeat a me calix iste. Ex quibus dñi verbis verissimis & nō omnino male expositis, nonnulli erroris sui suxerunt venenum: dicentes non crucifixum sed alligatum: quia dñs dixit, alius te cinget: qđ de vinculis nimirum intelligit: & Glossa dicit Extēdes manus tuas hoc est crucifigeris: & quō hoc fiet subdit, & alius te cinget. Si igitur seruetur ordo rei gestæ vt prius extenderit manus in cruce: & deinde vinctus sit: non

Nico. Lyra.

videbitur clauis sed viculis cruci affixus. Vnde & Nicolaus de Lyra doctor alioqui egregius scriptum reliquit sup Ioannis caput vltimum: fuit Petrus positus in cruce, chor dis ligatus & non clauis affixus, vt longior esset ipsius cruciatus. Hæc ille: in quibus mihi duo noranda; atq; improbāda: videlicet imprudens pietatis assimulatio, & incauta rei gestæ interpretatio. Imprudēti siquidem pietate ductus negat clauis affixum, vt longior esset ipsius cruciatus: quē lōgiorē futurū fuisse non diffiteor, sed ob id grauiorem aut acceptiorem, aut magis piū futurum fuisse pernego: Nam licet sic cruciatus maior fuisset extensius, non tamen intensius: & quia a dñi passione fuisset alienior: fuisset etiam & domino & Petro minus acceptus, minusq; pius: quia in nulla

re quæ veritati repugnat vera reperitur pietas. Hanc autem
assertionem vero repugnare intellectui verborum dñi &
rei gestæ, quæ plurimis mox probabo testimoniis: sed prius ip
sa verba ad verum sensum explicabo. Quod igitur dominus
dixit: Extendes manus tuas & alius te cinget: si interpretamur
dñi est, vt Glossa interpretatur: hoc est, crucifigeris &c. Pri
mum habebimus quod Petrus sit crucifixus, quod de nullo dicē
dum videtur, quod sit cruci duntaxat alligatus: nam aliud fixio
aliud est ligatio: deinde in eo quod sequitur non potuisse ser
uari ordinem: nam si ab alio cinctus fuerat in cruce: quomo
do dixerit dominus: & ducet te quo non vis? An postquam vin
ctus erat: aliquo ductus sit? Sed scimus rei gestæ nonnunquam
interuerti ordinem, vt quod Mattheus recitat in Christi
passione aperta esse monumenta & multa corpora sanctorum
surrexisse & apparuisse multis, credimus post resurrectionem
dñi factum cum ipse sit resurgentium primitia. Sicut ergo hoc
vltimum intelligendum est de ductione Petri ad crucem: ita
& secundum de eius ligatione in captione, de qua etiam pri
mum intellexero, videlicet Extendes manus tuas, ad vincu
la vt ligeris priusquam aut virgis cadaris, aut crucifigaris. Ni
hil igitur verbum dñi: aut glossa bene intellecta pro aduer
sariis nostris militat. Quocirca id quod in argumento pro
misimus paucis exhibendum est.

Quod Beatus Petrus virgis cæsus fuerit.

Lixi itaque primū beatissimū Petrū virgis ante crucifi
xionem cæsū: per qua assertio licet non sic vt per artis
& fidei articulis stare veli: tamen probabiliter disceptabo
ratiūculis. Primū quod constat ex iis quæ Romanæ historiæ scri
ptores nobis prodiderunt: nullū apud Romanos vltimo suppli
cio affectū quod non prius virgis cæsus est. Deinde etiam more obserua
tū in nostris (de Christianis loquor) annalibus non semel legi
mus: Nam & Pontius Pilatus, quem falso quidam Gallum
arbitrantur, cum Romanus fuerit ciuis & proconsulis ges
serit officium, more maiorum in Christum dominum sed

iniquissime animaduertens, eū nō prius q̄ virgīs examinaret crucis addixit supplicio. Christi itidē asseclē & martyres: qui ad decem vsq; milia crucis passi sunt supplicia, virgīs ante mortē cefi p̄dicātur. cum igitur Petrus Romano more vltima tulerit: cefum p̄fuisse mihi quidē vero simillimum est.

Q clauis ferreis cruci affixus non vinculis alligatus fuerit.

Clauis fauemerreis affixum, nō vinculis alligatum cruci plusculis ostendam viis.

Primo non friuolis nec absurdis coniecturis.

Secundo grauium historicorum scriptis.

Tertio authenticis sanctorum sententiis.

Quarto totius ecclesie assensu.

Quinto verissimis reuelationibus.

Et sexto venerandis crucifixionis eius reliquiis.

CPrimo id duplici assequor coniectura: quarū vna est q̄ cōmune erat sceleratorū tūc temporis tale crucis supplicium sicut nūc in Francia est patibulū. Tale dico, qd̄ manibus pedibusq; clauis perforatis cruci affixit noxios. Nā non solus Saluator noster: de quo nulli fidelū est dubium, clauis habuit manus & pedes perforatos: sed etiā qui cū eo suspensi sunt latrones. Qd̄ Augustinus in Sermone parasceues sic attestatur. Ita & hoc loco latro & latro: sed vn⁹ quidē iproperabat, alter adorabat. Vnus blasphemabat, alter laudabat & blasphemantē corripiebat dicens, nec times dominū. Audisti fidutiā latronis: vidisti liberā volūtātē in cruce. Audisti philosophiā in tribulatione, & diuini timoris reuerentiā in supplicio. qm̄ fauci⁹ i semetipso erat: & clauis cōfixus nō fauciū intellectū neq; confixū sensum habebat. Ecce clauis confixū p̄dicat. Qd̄ etiā historia de inuētione sanctissime crucis indicat. Nā si dñica dūtaxat crux clauis fuisset perforata: hoc discerniculo sine miraculi ostēsiōne aut mortui resuscitatione facilis fuisset repertu. Legio etiā illa sanctorū

Aug.

martyrum quā venerabilis Celestinorum ordo multo pro-
sequitur honore, clavis ferreis crucibus affixi sunt. Neq̄
vero Petrus dominū recte fuisset secutus: si ligatus dūta-
xat fuisset ad crucem: cū tñ non futiles authores (vti mox
dicam) p̄dicent eodē mortis supplicio dominū insecutū.
Altera coniectura ex eo sumitur, q̄ eodē die, imo eadē fer-
me hora, cū beatissimo Paulo coronā martyrii p̄dicatur &
creditur suscepisse. Quā si alligatus modo fuisset & nō per-
foratus nō vero simile sit eodē die ne dicā hora suscepisse.
Quādoquidē Beatissimus Andreas frater eius qui singu-
lari modestia p̄ditus ab Aegea tyrāno exorauerat vt trans-
uersē alligaretur nō affigeretur cruci, ne seru⁹ domino in
genere mortis esset similis: quīs fuerit fere ad necē cēsus: bī
duū tñ superuixit & viginti hominū qui astiterant milibus
verbū fidei p̄dicauit. Dicent forte cauillatores frustra calli-
di: Petrum (vt p̄dixi) virgis cēsus, & senio confectū potu-
isse eodem die expirasse: p̄sertim cū caput haberet inuer-
sum: ita vt vi descendens vndatim sanguinis fuerit suffo-
catus. Sed vbi est nunc de Lyra qui vt diutius cruciaretur
ligatum asseuerat: Ego vero, quia inficias ire nollem sic po-
situm eodem die potuisse animā domino cōmendatā emi-
tere: hāc ratiunculā non Achillem: sed coniecturam vero si-
mitem volui nuncupare: atq̄ ideo vero similem q̄ non solū
eodem die sed eadem ferme hora cum Paulo in coelum mi-
grauerit: quod & suo loco paulo post ostendemus. Firmio-
ra autem reor argumenta quæ proxima subsequuntur.

¶ Secundo igitur loco: vt fide dignos asciscam historio-
graphos: Aegesippus apostolis ferme contemporaneus li-
bro de Hierosolymitano excidio tertio inter cætera sic scri-
ptum reliquit. Erant tunc temporis Romæ Petrus & Pau-
lus doctores Christianorum sublimes operibus, clari magi-
sterio: qui virtute suorū operū Neronem sibi aduersariū fe-
cerūt, captū magi Simonis delinimētis & reliq̄: vbi post lō-
gā Petri cū Mago disceptationē, & Neronis vt caperentur

Aegesippus

ambo mandatum, narrat quomodo a fratribus qui Romae
erant, vix multis lachrymis potuerit exorari vt furori cede
ret: cedere tñ parauit: Nam proxima nocte salutatis (ingr)
fratribus & celebrata oratione proficisci solus coepit. Vbi
uentū est ad portā: videt sibi Christū occurrentē: & adorās
eū dixit. Domine quo venis? Dixit ei Christus. Iterū venio
crucifigi. Intellexit autē Petrus id de sua dictū passione, q̄ in
eo Christus passus videretur, qui patitur in singulis, nō
vtiq; corporis dolore, sed quadā misericordiē compassione
aut gloriē celebritate. Et cōuersus, in vrbē rediit: captusq;
a persecutoribus cruciq; adiudicatus, poposcit vt inuertis
vestigis cruci affigeretur, q̄ indignus esset q̄ simili modo
crucifigeretur, quo passus est dei filius. Quo impetrato, vel
quia ita debebatur vt Christus pdixerat, vel quia persecu
tor nō inuitus indulget poenarū incremēta: & ipse & Pau
lus, alter cruce, alter gladio necatus est. Hęc ille: in cuius vl
timis verbis: duo animaduertere licet: vnū q̄ cruci affixus
sit: alterū q̄ etiā sic dominū sit imitatus: nā licet non eodē
corporis positu: vterq; tñ crucis supplicio vitā finiuit. Qd̄
si quis ex illis verbis: quia ita debebatur vt Christus pdixe
rat: cōprobare velit Glossē ordinariē quā supra recitauit sen
tentiam: vt crucifigēdus extēderit manus: & in cruce liga
tus sit: eo q̄ dñs dixerat: alius te cinget: iterū obiciā nō cō
gruere qd̄ addit, & ducet te quo nō vis: quo em̄ ligatus du
ci posset: Est ergo aut p̄postera narratio: quē suo ordine sic
erat: alius cinget te, s. in captione vinculis: & ducet quo nō
vis, s. ad crucem, repugnante naturali affectione: & extēdes
manus tuas ad crucifixionē, aut seruato ordine sic exponē
da: extends manus ad vincula &c. Quia tñ capite in terrā
verso crucifixus est: potuit vtrūq; fieri vt & clavis affixus
sit quātū ad manus & pedes: & tñ aut subligar aut quicq;
simile honestatis gratia circa pudēda alligatū sit & Petrus
cū illo: cui non magnopere contradicā, dūmodo cōstet cla
uis, cruci affixū fuisse: in quā quidē sententiā oēs quos qdē

legi conueniūt historiographi: vt Eusebius de tēporibus.
Antoninus Florentinus, Vincentius in speculo historiali.
Sabellicus, & Volaterranus. Omnes in quā crucifixū prædi-
cāt: sed hoc Eusebio Sabellico & alijs fere cū Volaterrano
non conuenit, q̄ illi quinq; & viginti annos Romanæ sedi p̄
sedisse prædicant: Volaterranus autē ex illis Antiochię septē
præfuisse & reliquos dūtaxat Romæ asserit. Neq; hi tantū
quos nominauit in Petri crucifixione consentiūt sed & beati
ac gloriosi Christi martyres Dionysius & Martialis. Verū
ne fidem nostram quis eleuet q̄ falso tot testes citare crea-
dat, aut gratiam, si citare detractem: q̄ breuissime potero
prænominatorum verba proferam. Dicit itaq; Antoninus
Florentinorum archiepiscopus sic: Demū ex iussu Neronis
contra apostolos Petrum & Paulum lata est sentētia, vt Pe-
trus tāq; alienigena & qui crucem prædicabat Christi dñi,
cruci affigeretur, & Paulus quia ciuis Romanus capite ple-
cteretur. Et capite sequenti. Quartodecimo autem Nero-
nis anno eodem die quo Petrus crucifixus est secū dū Hie-
ronymū: & Paulus capite truncatus est. Eadem fere dicit
Vincentius, Sabellicus autem eadem fere quę Aegisippus
de Petro locutus addit: Et miraculosi huius occursum au-
thor Aegisippus: & nunc via Appia extra urbem sacellum
uisitatur monumentum rei ibi actę. Et paulo post, Petrus pe-
dibus in sublime elatis cruci affigitur. Est & Paulus eodē
die securi subiectus. Hic Hostienti via est sepultus, vbi post
ea magnificentissimum fuit illi templum erectum: Petrus
in Vaticano via Aurelia secus hortos Neronis: quibus loa-
cis nobilissima est eius nomine procedente tempore basilica
cōstituta: loco pontificia domus accubat. Præfuit Petrus
Romanę ecclesię annos quinq; & viginti. Fuitq; hic annus
quo duo apostolorum principes sunt martyriū coronam
adepti Neroniani imperii vltimus qui humanę salutis erat
septuagesimus: ab Christi ascensu ad patrem septimus ac
tricesimus &c. In quo numero cū Eusebio, vt dixi, cōsentit

Antonin⁹

Sabellic⁹.

Volaterranus, Volaterrani qui dissentit in calculo: verba sunt hæc, Petrus sedit annis. xxv. e quibus septem Antiochię: reliquos Romę præfuit: vbi cū Philone philosopho Iudeo quãdoq; congressum alibi diximus. Iussu tandē Neronis cruci adfigitur in loco quē Montē aureū nūc vocāt, Trans tyberim: vbi tēplū ante hos annos dicatū videmus a Fernando Hispanię rege impulsore Amedeo ordinis Minorū viro sanctissimo: Sepultus in Vaticano: & eodē die Paulus via Ostiensī: quia ciuis

Dionysii? Romanus securi percutitur. Hęc ille, Beatus autē Dionysius qui Galliarū Apostolus & Petri ac Pauli discipulus in epistola ad Tymotheum de eis sic scriptum reliquit, O frater mi Tymothee si vidisses agones cōsummationis eorū, defecisses quidē præ tristitia & dolore, Quis nō fletet illa hora, quãdo præceptū sententię in eos egressum est: vt Petrus, crucifigeretur: & Paulus decollaretur, Et sequitur, Attēde mi raculum ipsorū: nam p̄sens fui in tēpore separationis eorū, Post mortē autē ipsorū vidi eos simul manu ad manū portatas vrbis intrantes: & indutos veste mirę luminositatis, atq; coronis claritatis & lucis, Hęc ille, Petrus igitur crucifixus & Paulus eodē die decollatus fuit, Beati Martialis testimoniū mox cū de reliquiis agā referā, Et hæc ex historicis,

Hieronymus, Tertio idem comprobandum est authenticis sanctorū sententiis, Dicit itaq; gloriosissimus Hieronymus sydus illud in literis diuinis fulgentissimum de viris illustribus ad be. Damasum papam scribens: Simon Petrus Filius Ioānis prouincię Galileę vico Bethsaida, frater Andreę apostoli, princeps apostolorum: Romam pergīt: ibiq; .xxv. annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsq; ad vltimū annū Neronis, .i. quartūdecimū: a quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis: asserens se indignum qui sic vt dominus suus crucifigeretur, Diuus autem Ambrosius admirabile sanctitatis & doctrine lumen hos duos apostolos inter se committens ita differuit, Beati Petrus & Paulus eminet inter vniuersos

Apostolos, & peculiari quadam prerogatiua praeuallunt.
Verū inter ipsos vter alteri p̄ponatur incertū est. Puto autē
illos æquales esse meritis qui æquales fuerunt passione: et
simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad
martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum
putamus q̄ vno die, vno in loco, & sub eodem persecutore
passi fuerint, vt æqualis crudelitas vtrunq; constringeret.
Et hæc recitantur in decreto. ii. q. vii. Beati. Ex quibus in-
fertur cum pares fuerint & passione & meritis vtrūq; san-
guinem suum fudisse & vno eodemq; die. ¶ Porro beatis-
simus Augustinus doctorum subtilissimus & quasi sol re- Aug.
fulgens & hereticorum malleus merito nuncupatus, in ser-
mone de Apostolis sic habet. Petrus crucem sicut Salua-
tor in exitu pertulit & simili morte discerptus est, vt quē
imitabatur fide imitaretur & passione. Hæc ille: non igitur
cruci alligatus sicut nec dominus, sed clavis affixus est: &
vt inquit discerptus q̄ ligando non fieret. Sed audiamus
eūdem apertius loquentē in sermone qui legi solet feria quar-
ta pasche. Crucifixus est (inquit) Christus: crucifixus est
& Petrus: expertus est clauos, expertus est cruciatus. Ioannes
autem nihil horum expertus est: hoc est sic eum volo ma-
nere sine vulnere, sine cruciatus, dormiat & expectet me. Tu
me sequere: patere quod ego: sanguinem fudi pro te: funde
pro me. O cæcas hominū mentes, o pectora cæca: si hæc non
vident alligationem destruere: & peruersa immo infidelia
si videre nolunt. Doctor enim sanctissimus Augustinus cu-
ius opera approbata sunt per decretum dist. xv. Sancta Ro-
mana: clauos expertum prædicat & isti vincula subiiciunt.
Cum tamen Glossa interlinearis illud dñi Io. xxi. Tu me se-
quere: exponat: in crucis passione. Qd̄ animaduertit egre-
gius prædicator Iacobus de Voragine Genuensiu episcopus
allegās pro crucifixione Petri illud Sap̄. xviii. Simili poena
seruus cū dño afflictus est. Et illud Eccli. xxiii. Gloria ma-
gna est sequi dñm. Eam autem gloriam Petr⁹ nō habuisset


si ligatus tñmō fuisset. Idē sup eundem locū sensit pstantif
simus doctor Hugo Cardinalis sic allegans. Tu me sequere,
hoc est ne timeas mori pro me cum ego prius p te mor
tuus fuero. scđdū illud Eccle. Magna est gloria sequi dñm:
sequi scilicet eodem genere mortis: inquit ipse. Beat⁹ quoq;
Leo papa. Leo Pontifex maximus: dum Petrus inqt ad crucē venisset
ait: Quoniam deus meus de celo ad terram descēdit: recta
ceruice sublimatus est: caput autem illi⁹ quem de terra ad
caelum vocare dignatur, crux terræ ostendere debet & ad
caelum pedes dirigere. Ego quidem non sum dignus ita eē
in cruce vt dominus meus: crucem meam gyrate, & capite
demisso me crucifigite. Tūc illi verterūt crucē, & pedes sur
sum, manus vero deorsum fixerunt. Hæc ille. Per quæ decla
rat dissimilitudinē q̄ fuit in crucifixione domini & serui
fuisse in situ corporis non in specie passionis, nam vterq; cla
uis affixus est. Eadē fere prædicauerunt Marcellus & Maxi
mus Petrum crucifixum & sanguinem effudisse liquide af
firmātes. ¶ Quinetiam quod quarto loco dixi ostēdendum
Ecclesia Treceñ. ecclesia immo tota (vt opinor) Petrū crucifixū cla
mitat. Legitur enim sic tertia de eo lectio. Petrus dominum
adorās ait. Domine quo vadis? Cui dominus. Venio Romā
iterum crucifigi. Intellexit autem Petrus de sua passiōe hoc
dictū, in quo Christus passurus esse videret. Et sequit. Itaq;
Petrus reuersus vrbē Romam cū gaudio narrauit fratrib⁹
q̄ ei obuius fuisset dominus. eiq; declarasset q̄ in ipso esset
crucifigendus. Et iterum in lectione quinta. Pedes eius sur
sum fixerunt, manus autē deorsum. Fixerūt inquā nō liga
uerunt legimus. Sed quid verbis opus? ¶ Venio ad reuelatio
nes & reliquias. Legitur itaq; de beato Martiale domini no
stri discipulo & gloriosissimi Petri consanguineo q̄ cum Le
mouicis celebraret in templo in quo nunc requiescit cor
pus eius: in raptu interfuit passioni apostolorum Petri &
Pauli: & finito sacrificio, assistentibus dixit: charissimi
fratres hodie princeps apostolorum Petrus crucifixus est: &

Reuelatio
beati Mar
tialis.

Paulus decollatus. Ecce vnum clauorum cōsanguinei mei **Clauus**
Petri. Qui quidem clauus in hodiernū vsq; diem in Basili- **vnus.**
ca beatissimi Martialis Christifidelibus ostenditur : vbi est
altare in cōmemorationē rei beatissimis apostolis Petro &
Paulo a beato Martiale erectum & dicatum: qđ ipse aureis
per circuitum vestiuit laminis, fecitq; propitiatorium ha-
bens in quatuor angulis coronas aureas : posuitq; insuper
ante altare septem lampades aureas vt ibidem mane & ve-
speri oleum cremaretur, iussit ad hæc quinq; aurea fabri-
canda candelabra, aureumq; thuribulum vnū: ac crucem
auream ad templi ornatum & altaris officium peragendū.
Quorum omniū testis fidelissimus extat Ioannes Miles do- **Io. Miles.**
ctor theologus Parisiē. qui prædictum venerabilem clauū
vidit Lemouicis & supradicta verba aut illis fere similia in
vita beatissimi Martialis legit. **CA**lter p̄terea clauus quo **Clauus al-**
idem beatissimus Petrus fuit cruci affixus, auro, argento, **ter.**
& gemmis mirabiliter decoratus obseruatur & colitur in
cœnobio monialium ordinis Cisterciē. Mortaing lingua
vernacula appellato, in Normannia & diocesi Abricē.
octodecim miliaribus a monte beati Michaelis distāte: Quē
quidem clauū ego ipse vidi, tenui, & deosculatus sum hoc
anno Millesimoquingētesimodecimooctauo: die. xxvi. Iulii
Præsentibus ibidem Petro Florido artium liberalium pro-
fessore & ecclesiæ parochialis beati Patrocli Trecentis dice-
cesis rectore meritissimo: & deuotissima religiosa eiusdem
monasterii sacraia, aliisq; plurimis: Et verbis, nomine ac
mandato venerabilium dominorum meorum decani & ca-
pituli Trecentis, porrexi supplicationem humillimam Mar-
garitæ Dargonges prædicti cœnobii antistiti seu priorissæ:
vt prædictum clauum aliis reliquiis non minus preciose
ornatis neq; minoris æstimandis, eo qđ patroni nostri esset,
commutare dignaretur. Quē mihi respōdit, Habemus ma-
gister noster, hunc clauum adeo preciosum & charum vt
ipsum pro nullis reliquiis, nulloq; bono externo cōmutare

velimus. Recepius enim ipsum dono a quodam venerabili equite aurato Ludouici Francorum Regis. Qd cū audi rem, mensuram ipsius accepi, & similem scalpendum curauit: atq; his apprimendum.

Longitudo
& latitudo
clauis.



¶ Nullo igitur pacto hæsitandum est, quin Diuus Petrus ferreis clauis cruci affixus fuerit: & sanguinem suū effuderit. Qd si dixerint mihi quibus aliter psuasum est, in omnibus picturis oppositum conspici: dicam illud Horatianū pictoribus atq; poetis Quidlibet audendi semper fuit equa potestas. Sunt autem pictores fere scripturarum imperiti: & ob id quæ eis mandantur pingunt sæpe contra historicam veritatem quæ res illiteratos sæpe duxit in errorem vt de obstetrice diuæ Virginis quam amissis manibus depingunt, cū nō fuerit illi opus obstetrice: de beata Anna q̄ osculo cōceperit. & infinita alia: vt taceam de crucifixione domini nō omnino recte sentire. Sed quis tam stolidus vt pictorib⁹ pl⁹ fidei habeat q̄ tot & tam egregiis doctoribus!

Q; vno eodēq; die Petrus & Paulus passi sint.

Nltimo loco probandum habeo vno eodemq; die passos esse: qd̄ ex eo satis liquere possit, quod in eorū solennitate sancta mater cantat ecclesia: Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: nisi sint puicaces quidam ad contradicendum communibus opinionibus nimium pensati asserentes non vno die, sed reuoluto anno Paulū post Petrum consimili die passum: neq; ecclesiæ factum ad hoc sufficere, cum posset vno die celebrare q̄uariis diebus gesta sint: cum & Stephani & Iacobi maioris martyria non quibus diebus acta sunt celebret. Verū vt admittamus ita fieri potuisse: non tamen ita factum credemus: cum oppositū testimoniis fide dignissimis agnoscam⁹. Præter enim quos supra citauimus: Aegesippum, Eusebium, Antoninū Sabel

licum. Volaterranum, & reliquos: sunt nō pauci qui id ma-
nifestissime prædicent. Ioannes enim Beletus doctor clarissi-
mus ac historiographus insignis sic de hac rescriptum reli-
quit. Pelagius Papa & alii sancti quarunt vtrum Petrus &
Paulus eodem die passi sunt. Ad quod ipse responderet & alii
sancti patres q̄ eodem die & etiam eadem hora: alioquin fal-
sæ essent historiæ de illis: sed tamē in diuersis locis & diuer-
sa tormēta passi sunt. Antoninus etiam in chronicis suis sic
idem attestatur. Reuertentibus ministris sceleris ad urbē:
dixit illis in porta-Hostiensi Plautilla: Vbi dimisistis magi-
strum meum? At illi: dereliquimus (inquit) Paulū in val-
le pugilum detruncatum capite velato, velo tuo. Et illa: ne
quaquā: sed ecce nunc intrauerunt Petrus & Paulus induti
vestibus: præclaris: coronasq̄ fulgentes in capitibus suis ha-
bentes: & velum mihi restituit Paulus: idq̄ eis ostendit, vn-
de plures ad fidem conuersi sunt. Ambrosius quoq̄ doctor
sanctissimus & grauissimus hanc passionis & meriti parili-
tem sic celebrat: Beati Petrus & Paulus eminent inter vni-
uersos apostolos & peculiari quadam prærogatiua præcel-
lunt. Verum inter ipsos vter alteri præponat incertum est.
Puto enim illos æquales esse meritis qui æquales sunt passio-
ne, & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus
ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factū
putamus q̄ vno die vno in loco & sub eodem persecutore
passi fuerunt, vt æqualis crudelitas vtrunq̄ constringeret.
Hæc ille: & recitatur in decreto. ii. q. vii. Beati. Idem fere ha-
betur Dist. xxi. cap. Quis. Sed finem facio.

Io. Belet⁹.

Antonin⁹.

Ambrosi⁹.


Sequitur operis conclusio.



PERORATIO.

Hęc sunt charissimi domini veritatiscꝫ zelatores, quæ
de vera crucifixione beatissimi Petri orbis totius monarchę
Apostolorum principis: ecclesiarumqꝫ Lexouicę. Treceņ.
Beluaceņ. & aliarum multarum patroni ac tutelaris presb-
dis: ex variis authoribus stylo confusaneo exarauit: quæ
in partem bonam accipiatis oro: & apud patronum nostrũ
intercedatis vt illius meritis post huius vitæ curricula ad
gaudia perducamur cęlestia. Valete in Christo dño ac Sala-
uatore. Parrhisi in collegio Haricuriano: Anno salutis
MDXVIII, Die vero Decembris secundo,

Impressit autem Iodocus Badius Ascensius eius
dem mensis die tertio. Deo Laus & Gloria,



4

